

Sallusti Crispi: De Catilinae Coniuratione 6, 1-7:

- 1) Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troinani, qui Aena duce profugi sedibus incertis vagabantur, cumque iis Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.
- 2) Hi postquam in una moenia convenere, dispari genere, dissimili lingua, alius alio more viventes, incredibile memoratu est, quam facile coaluerint: ita brevi multitudo dispersa atque vaga concordia civitas facta erat. 3) Sed postquam res eorum, civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est.
- 4) Igitur reges populique finitumi bello temptare, pauci ex amicis auxilio esse; nam ceteri metu perculsi a periculis aberant. 5) At Romani domi militiaeque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam parentisque armis tegere. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant, magisque dandis quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. 6) Imperium legitimum, nomen imperi regium habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, rei publicae consultabant; hi vel aetate vel curae similitudine patres appellabantur.
- 7) Post, ubi regium imperium, quod initio conservandae libertatis atque augendae rei publicae fuerat, in superbiam dominationemque se convertit, inmutato more annua imperia binosque imperatores sibi fecere; eo modo minume posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.

profugus	Flüchtling
agrestis, -a	ländlich, bäuerlich, Land-
solutus,-a, -um	ungebunden
dispar, disparis	ungleich
coalescere, coaessco, coaului	zusammenwachsen (eine Einheit werden)
dispersus, -a, -um	zerstreut lebend
vagus, -a, -um	umherstreifend, nicht sesshaft
res = res publica	der Staat
prosperus, -a, -um	wohlhabend
pollere	stark sein
percussus,-a, -um (percillere)	erschüttert
propellere = pellere	vertreiben, abwehren
consultare = consulere	sorgen für
conservandae libertatis ... (Gen. qualitatis)	von einer Eigenschaft sein = zu etwas dienen
se convertere	sich wandeln, ausarten in
licentia, -ae f.	Zügellosigkeit, Willkür
insolescere (vgl. solere)	(„komisch“ werden) = überheblich werden